

sufficiens ad morbi violentiam adsit, praesertim autem remediis & medicamentis appropriatis, at tamen vi ejus aequipollentibus. Omne enim remedium proportionale esse debet, ut nec ab ejus potentia deficiat, neque eam excedat; prout viceversa & ea (a); alioquin vel nihil, vel plus aliquid efficiet, atque nullum emolumentum, plus vero detrimenti adducet.

§. 4. Ubi autem vis ejus imminuta est vel plane defecit, quomodo possit ille medicamentis ei succurrere, quamvis utilibus? imo magis eam ad extremum debilitabit.

§. 5. Quodlibet enim medicamentum suam operationem, quae ipsi insita est, exerit, si commode assumatur, vi autem naturae proportionalem: verum cum haec evanuit; vel majorem efficiet vel nullam: Si hoc, omnis usus medicamentorum vanus erit; sin autem prius, operatio non erit aequabilis, sed excedens; adeoque operatio medicamentorum efficacior magis debilem quam antea fuerat naturam reddet; adeoque totam ejus vim extinguet; ut medicamentum non amplius rite operetur, cum proportio penitus e medio sublata sit, valde autem contrariam operationem ostendat;

vel

---

(a) Home princip. medicin. L. I. p. III. sect. III. 8.